

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XVII. De actibus imperatis a voluntate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

Q V A E S T . X V I I .

¶ Super questionis decimaseptime articulum primum.

Circa primum articulum questionis 17. aduertere, quod ad imperium rationem tria concurrunt. Ordinatio aliquius ad aliquid: intimatione: & motio. Cu enim praecipitur, Dilige Deus, ordinatur aliquis ad amandum Deum, & intimirat hoc ei, & mouetur ad hoc ab imperante. Ordinatio autem, & intimatione, ad rationem spectant: motio autem ad voluntatem, unde actus imperii componitur ex eo, quod est intellectus, & ex eo, quod est voluntatis. Et quia iuxta doctrinam habita sunt superioris in glorioso articulo. I actus compositus ex duobus spectantibus ad diuersas potestias, illius est potentie & finaliter, & elicitiue, quae est materialiter, seu quantum ad substantiam actus, ut patet in actibus habituum (Mori enim propter Christum, licet sit a charitate & fortitudine, elicitiue est fortitudinis, quia ipsius est quod ad materiales, cum in imparando voluntas concurrat ut suprema potentia, quia ut prius modens ad exercitium, & quod est a superiori potestia in actu composito, se habet ut forma huius operis, & in actione.

QV AESTIO XVII.

De actibus imperatis a voluntate, in novem articulos diuisa,

EINDE considerandum est de actibus imperatis a voluntate.

TET CIRCA hocque rurunt nouem.

Primò, Vtrum imperare sit auctus uoluntatis, uel rationis.

Secondò, Vtrum imperare pertineat ad bruta animalia.

Tertiò, De ordine imperii ad usum.

Quartò, Vtrum imperium, & actus imperatus, sint unus actus, uel diuersi.

Quintò, Vtrum actus uoluntatis imperetur.

Sextò, Vtrum actus rationis.

Septimò, Vtrum actus appetitus sensitiui.

Octauò, Vtrum actus anima vegetabilis.

Nonò, Vtrum actus exteriorum membrorum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum imperare sit actus rationis, uel voluntatis.

teriori, ut materiales & substantia actus) consequens est, ut oratio intimitatio in imperio se habeat ut materia, & motione ut forma; ac per hoc imperium est elicitiue, & essentialiter actus rationis, voluntatis uero primordialiter quo ad formam. Tertullianus autem hoc actus proprius prudenter, quem constat oportere esse actum rationis, & est recte praecipere. Prudens enim post intentionem, & iudicium, quae spectant ad eubuilam, & gnomen, & sinesin, habet proprium actum, qui est recte praecipere. Est igitur praecipuum, seu imperium actus rationis participans, ut voluntatem, ut primum mouens. Et hoc in loco diligenter attendito, quod non considerare participationem voluntatis

ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum imperare sit actus rationis,
vel uoluntatis.*

AD PRIMVM sic procedit. Videatur, q̄ imperare non sit actus rationis: sed voluntatis. Imperare n. est mouere quoddam. Dicit n. Auct. q̄ quadruplex est mouens, serviens, disponens, imperans, & consilians: sed ad voluntatem pertinet mouere oēsalias uires aīæ, ut dictū est* supra. ergo imperare est aīæ voluntatis.

Prat. Sicut imperari pertinet ad id, quod est subiectum, ita imperare pertinere uidetur ad id, qd est maximē liberum: sed radix libertatis est maximē in uoluntate: ergo voluntatis est imperare.

Prat. Ad imperium statim sequitur actus: sed ad actum rationis non statim sequitur actus nō. n. qui iudicat aliquid esse faciem dum, statim illud operatur. ergo imperare non est actus rationis, sed voluntatis.

SED CONTRA est, quod* Gre-
Nissenus dicit, & etiam* Philos.
quod appetitus obedit rationi. er-
go rationis est imperare.

R E S P O N. Dicendum, quod imperare est actus rationis, praesupposito tamen actu voluntatis. Ad

ARTIC. I.

Fab intellectu, & intellectus a voluntate: nec discernere quid hic potentis conuenit ex seipso, & quid ex alterius participatione: causa est exorbitandi a communis animi conceptionibus. Et quamvis quilibet proferente contraria, sollicitum esse, si Iulium censeatur: que tamen ab illustribus uiris, de quo rum numero

cuius evidentiam considerandum est, quod quia actus voluntatis, & rationis supra se in uicem possunt ferri, prout s. ratiocinatur de uolendo, & uoluntas uult ratiocinari, contingit actu voluntatis pueniri ab actu rationis, & eodem seruo. Et quia uirtus prioris actus remanet in actu sequenti, cōtingit quandoque, q̄ est aliquis actus voluntatis, secundum quod manet uirtute in ipso aliiquid de actu rationis, ut dictum est de usu & electione: & econuerso, aliquis est actus rōnis, scdm quod uirtute manet in ipso aliiquid de actu voluntatis. Imperare autem est quidem essentialiter actus rōnis: imperans n. ordinat eum, cui imperat ad aliiquid agendum, intimando, uel denuntiando. sic autē ordinare per modum cuiusdam intimationis, est rōnis: sed ratio potest aliiquid intimare, uel denūtiare dupliciter, Vno modo abso lute, quae quidem intimatio exprimitur per uerbum indicatiui modi: sicut si aliquis alicui dicat, Hoc est tibi faciendum. Aliquando autē ratio intimat aliiquid alicui, mouendo ipsum ad hoc: & talis intimatio exprimitur per uerbum imperatiui modi, puta, cum alicui dicitur, Fachoc. Primum autem mouēs in uiribus animaē ad exercitium actus, est uoluntas, ut supra dictū est. Cū ergo fīm mo uēs nō moueat, nisi i uirtute pri mi mouentis, sequitur q̄ hoc ipsū, qd̄ rō mouet imperādo, sit ei ex uirtute voluntatis. Vnde re linquitur d̄q̄ imperare sit actus rationis presupposito actu uolunta tis, in cuius uirtute rō motet per imperium ad exercitium actus.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ imperare non est mouere quo cunque modo, sed cum quadam intimatione denuntiatiua ad alterum, quod est rationis.

AD SECUNDVM dicendum, q̄ radix libertatis est uoluntas, sicut subiectum: sed sicut causa, est rō. Ex hoc n. uoluntas libere potest ad diuersa ferri, quia ratio potest habere diuersas conceptiones boni: & ideo philosophi dissimilant liberum arbitrium, quod est liberum de ratione iudicium, quasi ratio sit causa libertatis.

AD TERTIVM dicendum, quod illa
cocludit, quod imperium non sit
actus rationis absolute, sed cum
quadam motione, ut dictum est
In reponit ad
secundum, notato di
linctio nem de radi
libertatis formalis
ter, uel caualiter, & In cor.
quid?

Supr. q. 11. art. i. cor.
q. 16. art. & q. 17. art.
C. t. m.
d. L. 1. 2. 3.
art. præced.

quod radix libertatis formaliter, est voluntas: causaliter, est ratio, nec hoc dicitur, sed probatur: quia ex hoc voluntas est formaliter libera, quia ratio est oppositorum. Quia enim voluntas a bono cognitio oritur, libera voluntas ab oppositorum bonis cognitis ab sive determinatione ad alterum nascitur. Ex hoc enim liber est medicus ad præbendum potionem faciendum, uel agrotium, quia medicina est lami, & agri officina, absque determinatione uoluntatis ad alteram partem sequendam.

P Regemissis articulis, secundo, tertio, quarto, quinto, & sexto, circa duos sequentes articulos simul dubium occurrit. An in illis quæstiones intendatur uniuersaliter, an in definite, seu particulariter. Et est ratio dubii, quia si intenditur uniuersaliter, falsa videatur decisio tam septimi, quam octauii articuli. Septimi quidem, quia quandoque uult quis tristari & condolare amico &c. & tamen non tristatur. Octauii vero, quia sepe simile uolens feminat, ita quod non solum concupiscentia feminis, sed ipsa seminatio voluntaria est. Et confit quod feminatio partis est uterum.

¶ Ad hoc dicitur, quod intentio auctio-
ris est loqui uniuersaliter, & quod auctus appetitus sensitius, pro quanto pendet ex parte animali, uniuersaliter subsum imperio rationis, & voluntatis. nec est uerum, quod uelut quis perfecto imperio tristari, & non tristatur: quoniam plures contingat, quod uellet quis tristari, & non tristatur, quia non perfecit hoc uult. Et hoc dico, si non haberet dispositionem organi repugnatem. Scilicet enim contingit totaliter impediri uolum ex parte organi, dicente Aristot. quod si lenex accipiat oculum inuen-

ARTICULUS II.

Vtrum imperare pertineat ad anima-
lia bruta.

A D SECUNDUM sic pro-
ceditur. Videtur, quod impe-
rare coeniat brutis animalibus,
quia secundum Auct. Virtus im-
perans motum, est appetitiva: &
uirtus exequens motu, est in mu-
sculis, & in nervis: sed ultraq; vir-
tus est in brutis animalibus. ergo
imperium inuenitur in brutis ani-
malibus.

¶ Præter. De rōne serui est, quod ei im-
peratur: sed corpus comparatur ad
animam, sicut seruis ad domi-
nū, sicut dicit Philoſophus in 1.*
Poli. ergo corpori imperatur ab
anima, etiam in brutis, quæ sunt
composita ex anima, & corpore.

¶ Præter. Per imperium homo fa-
cit imperium ad opus: sed im-
perium in opus inuenit in brutis animali-
bus, ut Dam. dicit. ergo in brutis
animalibus inuenitur imperium.

S E D C O N T R A . Imperium
est auctus rationis, ut dictum est:
sed in brutis non est ratio. ergo
neque imperium.

R E S P O N S U M . Dicendum, quod impe-
rare nihil aliud est, quod ordinare ali-
quem ad aliquid agendum cum qua-
dam intimatio motio. Ordina-
re autem est proprius auctus rōnis:
vnde impossibile est, quod in brutis
animalibus, in quibus non est rō,
sit aliquo modo imperium.

A D PRIMUM ergo dicendum, quod appetitua dicitur imperare
motum, in quantum mouet rō-
nem imperantem: sed hoc est solū
in hominibus: in brutis aut ani-
malibus uirtus appetitiva non est
proprie imperativa, nisi imperati-
uum sumatur large pro motu.

A D SECUNDUM dicendum, quod in brutis animalibus corpus que-
dem habet unde obediatur: sed anima
non habet unde imperat, ga-
non habet unde ordinetur. Et ideo
non est ibi ratio imperantis, &
imperati: sed solum mouentis,
& moti.

A D TERTIUM dicendum, quod aliter inuenitur imperatus ad opus in brutis animalibus, & aliter in hominibus. Homines non faciunt imperatum ad opus per ordinatio-
nem rōnis, unde habet in eis imper-
tus rōnem imperiū in brutis au-
tem fit imperatus ad opus per in-
stinctum naturæ: quia s. appetitus eo-
rum statim apprehenso conuenienti, uel inconvenienti, naturaliter mouetur ad prosecutionem, uel fugā: unde ordinatur ab alio
ad agendum: non autē ipsa seipsa

A ordinant ad actionem. & iō in eis
est impetus, sc̄ non imperium.

ARTICULUS III.

Vtrum usus præcedat imperium.

A D TERTIUM sic proceditur.
Videtur, quod usus præcedat
imperium. Imperium enim est
auctus rationis, presupponens a-
uctum uoluntatis, ut supra dictum
est: * sed usus est auctus uoluntatis,
ut supra dictum est. ergo usus
præcedit imperium.

¶ Præter. Imperium est aliquid eo-
rum quæ sunt ad finem ordinatur: eorū
autem quæ sunt ad finem, est us-
sus. ergo uidetur, quod usus sit
prius, quam imperium.

¶ Præter. Omnis auctus potentia
mote uoluntate, usus dicitur: ga-
uoluntas vtitur aliis potentis, vt
supra dictum est: sed imperium
est auctus rōnis, prout mota est a
voluntate, sicut dictum est. ergo
imperium est quidam usus: cō-
mune autem est prius proprio. ergo
usus est prius, quam impe-
rium.

S E D C O N T R A est, quod Dama-
dict, quod impetus ad operationem
præcedit usum: sed impetus
ad operationem fit p imperium.
ergo imperium præcedit usum.

R E S P O N S U M . Dicendum, quod usus
ius quod est ad finem, secundū
quod est in ratione referente ip-
sum in finem, præcedit electionē,
ut supra dictum est. * unde mul-
tò magis præcedit imperium: sed
usus eius, quod est ad finem, se-
cundū quod subditur potentia
executiua, sequitur imperium,
eo quod usus uentis coniunctus
est cum auctu eius, quo quis uti-
tur. Non enim uitur aliquis bacu-
culo, antequam aliquo modo p
baculum operetur. Imperium au-
tem non est simul cum auctu eius
cui imperatur: sed naturaliter
prius est imperium, quam impe-
rio obediatur, & aliquando etiā
est prius tempore. unde manife-
stum est, quod imperium est pri-
us usus.

A D PRIMVM ergo dicendum,

quod non omnis auctus uoluntatis

præcedit hūc actum rationis, qui

est imperiū: sed aliquis præcedit,

selectionē, & aliquis sequitur, s. v-

sus, quia post determinationem consilii quæ est iu-

dicium rationis, uoluntas eligit, & post electionem

ratio imperat ei, per quod agendum est quod eligitur:

& tunc deinde uoluntas alicuius incipit uti ex-

quendo imperium rōnis, qñq; quidē uoluntas alte-

rius, cum aliquis imperat alteri, qñq; autem uolun-

tas ipsius imperantis, cum aliquis imperat sibi ipsi.

A D II. dicendum, quod sicut auctus sunt præiū po-

nus, uidebit ut iuuen-
nis, ita actum tristitia-
tis. Quamus in hoc
casu putem, quod
quia tristitia penderet
ex dispositione orga-
ni, quod quandoque
est dispositus ad hoc,
propterea ita modi-
ca est tristitia, utappa-
ret non tristari. Inter
actus autem appre-
hensio sensitiui, & par-
tis vegetativa, hoc
intercessit, quod actus
appetitus sensitiui
substantia imperio in
ordine ad propria
principia elicitiua, &
propria obiecta acta?

Artic. i. q. 16.
art. 1.

uero partis vegetati-
ue neutrō modo sub-
stantia imperio: sed co-
cupiscentia sua, & applica-
tio corū, sicut
aliorum actiūorum,
& passiūorum natu-
ralium. Cedit enim
sub imperio ratio-
nis concupiscere hoc
pulchrum, ita quod
& in potestate homi-
nis est concupiscere,
& non concupiscere;
& concupiscere hoc,
& non hoc. Sed non
cadit sub rationis im-
perio, quod uirtus ge-
nerativa emitat, uel
non emitat semen:
aut quod generet,
aut non: aut hoc,
uel illud, quoniam ca-
dat sub imperio ap-
plicatio uirtutis gene-
rativæ cum sua actio-
ne, si habet. Sic ut
nō art. 4.

L. 1. Ortho.
fidei, c. 22.

¶ Præced.

Et hoc
pendet ex uirtute la-
pidis percussi & cęt.
quoniam applicatio
lapidis & terri cum
suis efficacis ad ex-
cutiendum, sub impe-
rio cadat. Vnde non
quædoque sic, & qñ-
que non pars genera-
tiva imperio subdi-
tur: sed nūquā auctus
eius ut sic, imperio
subditur: quoniam ip-
sus cum sua efficacia
& actione quæ natu-
ram sequitur, appli-
cabitas imperio sub-
sitionis, & propte-
rea inter voluntaria
computatur.

QVAEST. XVII.

tentis, ita obiecta actibus: obiectum autem usus, est F id, quod est ad finem. Ex hoc ergo quod ipsum imperium est ad finem, magis potest concludi, quod imperium sit prius uero, quam quod sit posterius.

AD TERTIUM dicendum, q̄ sicut actus uoluntatis utens ratione ad imperandum praeceedit ipsum imperium: ita etiam potest dici, q̄ & istum usum uoluntatis praeceedit aliquod imperium rationis, eo q̄ actus harum potentiarum supra seipso inuicem reflecentur.

ARTICULUS IV.

Vtrum imperium, & actus imperatus, sint actus unus, vel diversi.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod G actus imperatus non sit unus actus cum imperio. Diversarum enim potentiarum diversi sunt actus: sed alterius potentiae est actus imperatus, & alterius ipsius imperium: quia alia est potentia quae imperat, & alia cui imperatur. ergo non est idem actus imperatus cum imperio.

¶ 2 Prat. Quaecunq; possunt ab inuicem separari, sunt diversa: nihil enim separatur a scipio: sed aliquando actus imperatus separatur ab imperio: praeceedit, n. quandoque imperium, & non sequitur actus imperatus. ergo aliis actus est imperium, ab actu imperato. H ¶ 3 Prat. Quaecunque se habent secundum prius & posterius, sunt diversa: sed imperium naturaliter praedit actum imperatum. ergo sunt diversa.

S E D C O N T R A est, quod Philosophus dicit, * quod ubi est unum propter alterum, ibi est unum tantum: sed actus imperatus non est nisi propter imperium. ergo sunt unum.

R E S P O N. Dicendum, quod nihil prohibet aliqua esse secundum quid multa, & secundum quid unum. Quinimmo omnia multa, sunt secundum aliqd unum, ut Dion. dicit ult. cap. de diu. no. * Est tamen differentia attendenda in hoc, quod quaedam sunt simpliciter multa, & secundum quid unum: quadam vero econuerso. Vnum autem hoc modo dicitur, sicut & ens. Ens autem simpliciter est substantia: sed ens secundum quid, est accidentes, uel etiam ens rationis. Et ideo quaecunque sunt unum secundum substantiam, sunt unum simpliciter, & multa, secundum quid. Sicut totum in genere substantia compositum ex suis partibus uel integralibus, uel essentialibus, est unum simpliciter: nam totum est ens & substantia simpliciter: partes tamen sunt entia & substantia in toto. Quae vero sunt diversa secundum substantiam, & unum secundum accidens, sunt diversa simpliciter, & unum secundum quid. sicut multi homines sunt unus populus, & multi lapides sunt unus acerius: quae est vnitas compositionis, aut ordinis. Similiter etiam multa individualia, quae sunt unum genere, uel specie, sunt simpliciter multa, & secundum quid unum: nam esse unum genere, uel specie, est esse unum secundum rationem. Sicut autem in genere rerum naturalium aliquod totum cōponitur ex materia, & forma, ut homo ex anima & corpore, qui est unum ens naturale, licet habeat multitudinem partium: ita etiam in actibus humanis actus inferioris potentia materialiter se habet ad actum superioris, inquantum inferioris potentia agit in uirtute superioris mouentis ipsam. Sic n. & actus mouentis primi formaliter se habet ad actum instrumenti: unde patet q̄ imperium, & actus imperatus sunt unus actus humanus: sicut quoddam totum est vnum, sed est secundum partes multa.

ARTIC. III. ET V.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ si essent potentiae diuerse adiuicem non ordinatae, actus earum esset simpliciter diuersi: sed quando una potentia est mo tens alteram, tunc actus carum sunt quodammodo vniuersalium idem est actus mouentis, & moti, vt dicitur in 3. physi. *

AD SECUNDVM dicendum, quod ex hoc, quod imperium, & actus imperatus possunt adiuicem separari, habetur quod sunt multa partibus: nam partes hominis possunt adiuicem separari, quae ramæ sunt unum toto.

AD TERTIUM dicendum, quod nihil prohibet in his quae sunt multa partibus, & vnum toto, unum esse prius alio: sicut anima quodammodo est prius corpore, & cor est prius aliis membris.

ARTICULUS V.

Vtrum actus uoluntatis imperatur.

AD QUINTVM sic procedit. Videtur, q̄ actus uoluntatis non sit imperatus. Dicit enim Aug. in 8. conf. Imperat animus, ut uelit animus, nec tamen facit: uelle autem est actus uoluntatis. ergo actus uoluntatis non imperatur.

¶ 2 Prat. Si conuenit imperari, cui conuenit imperium intelligere: sed noluntatis non est intelligere imperium, differt enim uoluntas ab intellectu, cuius est intelligere: ergo actus uoluntatis non imperatur.

¶ 3 Prat. Si aliquis actus uoluntatis imperatur; partatione omnes imperantur: sed si omnes actus voluntatis imperantur, necesse est in infinitum procedere, quia actus uoluntatis praeceedit actum imperantis rationis, ut * dictum est, qui uoluntatis actus fit iterum imperatur, illud iterum imperium praeceedit aliquis rationis actus, & sic in infinitum, hoc autem est inconveniens, quod procedatur in infinitum, non ergo actus uoluntatis imperatur.

SED CONTRA. Omne quod est in potestate nostra, subiaciēt imperio nostro: sed actus voluntatis sunt maxime in potestate nostra: nam oē: actus nostri intā: tū dicuntur in potestate nostra esse, inquantum uoluntari sunt. ergo actus uoluntatis imperant a nobis.

R E S P O N. Dicendum, q̄ sicut * dictum est, imperium nihil aliud est, q̄ actus rationis ordinantis cu: quadam motione aliquid ad agendum. Manifestū est autem, q̄ ratio potest a ordinante de actu uoluntatis: sicut n. pō iudicare, q̄ bonum sit aliquid uelle, ira potest ordinare imperando, q̄ homo uelit ex quo patet quod actus uoluntatis a potestate est.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut * Aug. ibidem dicit. Animus quando perfectè imperat sibi ut uelit, tunc iam uult: sed quod aliquando imperat, & non uelit, hoc contingit ex hoc, quod non perfectè imperat. Imperfectū autem imperium contingit ex hoc, quod ratio ex diversis partibus mouetur ad imperandum, uel non ad imperandum: unde fluctuat inter duo, & non perfectè imperat.

AD SECUNDVM dicendum, quod sicut in membris corporalibus quodlibet membrum operatur non sibi soli, sed toti corpori, ut oculus uidet toti corpori: ita etiam est in potentias anime. Nam intellectus intelligit non solum sibi, sed omnibus potentias: & uoluntas uult non solum sibi, sed omnibus potentias: & ideo homo imperat sibi ipsi actum uoluntatis, inquantum est intelligens, & uolens.

AD TERTIUM. Dicendum, quod cum imperium sit actus rationis, ille actus imperatur, qui ratione subditur. Primus autem uoluntatis actus ex rationis ordinatione,

tione non est: sed ex instinctu nature, aut superioris causa, ut supra dictum est: & ideo non oportet φ in infinitum procedatur.

ARTICULUS VI.

Vtrum actus rationis imperetur.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod actus rationis non possit esse imperatus. Inconveniens enim videtur, quod aliquid imperet sibi ipsi: sed ratio est quae imperat, ut supra dictum est. ergo rationis actus non imperatur.

¶ 1 Præ. Id quod est per essentiam, diuersum est ab eo, quod est per participationem: sed potentia, cuius actus imperatur a ratione, est ratio per participationem, ut dicitur in I. * Ethic. ergo illius potentiae actus non imperatur, quae est ratio per essentiam.

¶ 2 Præ. Ille actus imperatur, qui est in potestate nostra: sed cognoscere, & iudicare uerū, quod est actus rationis, non est semper in potestate nostra. nō ergo actus rationis potest esse imperatus.

S E D C O N T R A. Id quod libero arbitrio agim⁹, nostro imperio agi potest: sed actus rationis exercetur per liberum arbitrium. dicit. n. Dama. * q. libero arbitrio homo exquirit, & scrutatur, & iudicat, & disponit. ergo actus rationis possunt esse imperati.

R E S P O N S O N. Dicendum, q. quia ratio supra seipsum reflectitur, sicut ordinat de aliis aliarum potentiarum, ita etiam potest ordinare de suo actu: unde etiam actus suus potest esse imperatus. Sed attendendum est, quod actus rationis potest considerari dupliciter. Vno modo, quantum ad exercitium actus: & si actus rationis imperari potest, sicut cū indicitur aliqui quod attendat, & ratione utatur. Alio modo, quātum ad obiectū, respectu cuius duo actus rationis attenduntur. Primo quidē, ut ueritatē circa aliquid apprehendat, & hoc nō est in potestate nostra: hoc enim contingit per uitutem alicuius lumen uel naturalis, uel supernaturalis: & ideo quantum ad hoc, actus rationis nō est in potestate nostra, nec imperari potest. Alius autem actus rationis est, dum his, quae apprehendit, assentit. Si igitur fuerint talia apprehensa, quibus naturaliter intellectus assentiat, sicut prima principia, assensu talium, uel diffensus non est in potestate nostra, sed in ordine naturae: & iō, p̄prie loquēdo, naturae imperio subiacet. Sunt autem quēdam apprehensa, quae non adeo coniungunt intellectū, quin posuit assentire, uel dissentire, uel saltē assensum, uel diffensum suspendere ppter aliquā causam: & in talibus assensu ipse, uel diffensus in potestate nostra est, & sub imperio cadit.

A D P R I M U M ergo dicendum, q. ratio hoc modo imperat sibi ipsi, sicut & uoluntas mouet seipsum, ut supra dictum est, in quantum ultraque potentia reflectitur supra suum actum, & ex uno in aliud tendit.

A D S E C U N D U M dicēdū, q. pp̄ diuersitatem obiectorum, quae actui rōnis subduntur, nihil prohibet rationem seipsum participare: sicut in cognitiōē cōclusionum, participatur cognitio principiorum.

A D T E R T I U M patet responsio ex dictis.

ARTICULUS VII.

Vtrum actus appetitus sensitivi imperetur.

IN responsione ad secundum articulū.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quod act⁹ sen-

sitiui appetitus non sit imperat⁹. Dicit enim Apostolus Roma. 7. Non. n. quod uolo bonum, hoc ago. & Gloss. * exponit, q. homo uult non concupiscere, & tamen concupiscit: fed concupiscere est actus appetitus sensitivi. ergo actus appetitus sensitivi non subdit imperio nostro.

¶ 1 Præ. Materia corporalis soli Deo obedit, quantum ad trāsimū rationem formalē, ut in primo habitum est: sed actus appetitus sensitivi habet quādam formalē transmutationē corporis. s. calore, uel frigis. ergo actus appetitus sensitivi nō subdit imperio humāno.

¶ 2 Præ. Proprium motuum appetitus sensitivi est apprehēsum secundum sensum, uel imaginationem: sed non est in potestate nostra semper, quod aliquid apprehendamus sensu, uel imaginazione. ergo actus appetitus sensitivi non subiacet imperio nostro.

S E D C O N T R A est, quod * Grego. Nisstenus dicit, quod obediens rationi dividitur in duo, in desideratiū, & irascitū, q. pertinent ad appetitum sensitivū. ergo actus appetitus sensitivi subiacet imperio rationis.

R E S P O N S O N. Dicendum, quod se cundum hoc aliquis actus imperio nostro subiacet, prout est in potestate nostra, ut supra dictū est: & ideo ad intelligendum qualiter actus appetitus sensitivi subdarur imperio rationis. oportet considerare qualiter sit in potestate nostra. Est autem sciendum, q. appetitus sensitivus in hoc differt ab appetitu intellectivo, qui dicitur uoluntas, quod appetitus sensitivus est uirtus organi corporalis, non autem uoluntas. Omnis autem actus uirtutis uentis organo corporali, dependet non solum ex potentia animi, sed etiam ex corporalis organi dispositiōne, sicut uisus ex potentia uisiva, & qualitate oculi, per quam iuitatur, uel impeditur. vnde & actus appetitus sensitivi non solum de pendet ex u. appetitiua, sed etiam ex dīpositione corporis. Illud autem, quod est ex parte potentiae animi, sequitur apprehensionem: apprehensio autem imaginationis, cum sit particularis, regulatur ab apprehensione rationis, qua est universalis: sicut uirtus actiua particularis a uirtute actiua universalis. Et ideo ex ista parte actus appetitus sensitivi subiacet imperio rationis: qualitas autem & dispositio corporis non subiacet imperio rationis. Et ideo ex hac parte im-

li septimi, collecto ex litera ordine apprehensionis, appetitus, motus cordis, & qualitatis sequentis, aplice, quod uarius motus cordis ex apprehensione, & appetitu animali nascens, corpus mouet, & alteratur secundum diversas qualitates: alteratum autem corporis uarie etiam afficit imaginationem,

p. p. q. 105.
art. 1. & q.
120. ar. 2.

Li. 4. c. 8. cir
ca med. &
c. 9. in prim.

Art. 6.

D. 221.

li septimi, collecto ex litera ordine apprehensionis, appetitus, motus cordis, & qualitatis sequentis, aplice, quod uarius motus cordis ex apprehensione, & appetitu animali nascens, corpus mouet, & alteratur secundum diversas qualitates: alteratum autem corporis uarie etiam afficit imaginationem,

Li. 4. c. 8. cir
ca med. &
c. 9. in prim.

Art. 6.

manifeste apparet in his, sufficiens testi monium aferat, q. secundum naturale cauaram ordinem hanc hant, secundum quas materia corporalis nec proprio intellectui, nec angelico, sed diuino tantū obedit ad alterationem, nisi mediante motu locali, propter quod saluandum, hec sunt dicta.

In responsione ad tertium eiusdem septimi articuli aduer te duo. Primum est, quod imaginatio nō quorūcumque, sed confidatorum ratione, subef imperio rationis, si tamen imaginabilia sunt: quoniam imaginatio nata est ad imperium rationis forma re noua phantasmatata infra latitudinem intellectorum. quod dicimus propter cœcum natum, cuius imaginatio nūquam formabit phantasmatum coloris, qui nec a ratione eius intelligitur. Secundum est, quod tam imaginari, uel non imaginari hoc

QVAEST. XVII.

¶ Super quest. decima-
septime articulum
octauum.

In corp. art. N responſione ad
I primum & tui ar-
ticuli,dubium occur-
rit de rōne asſignata
ibidem,f. quod qm̄
tō aliquis actus est
immaterialior, tantō
est nobilior, & magis
ſubditur imperi-
rationis. Contradicit
enī hoc Ariftio, pri-
mo Politicorum, &
authori in articulo
præcedenti, & expe-
rientiā. Experimur
enī qud̄ corporis
membra magis obe-
diant rationi, quān-
pasſiones appetitus
ſenſitui. Et dictum
et, q̄ ratio præſtit ap-
petitū ſenſitū, non
totaliter: corpori au-
tem ſit &c. Et tanen
ſecundum hanc ra-
tionem pasſiones ap-
petitus ſenſitui, cum
ſint actus spiritualio-

res, deperit maius imperio rationis subdi, quam motus manus et pedis.

¶ Ad hoc dicitur, quod obedientia originatur ex propinquitate: sed propinquitas est duplex, similitudinis scilicet, & proportionis. Et secundum similitudinem quidem, quanto actus est nobilior, tāto prior secundum natum. Secundum proportionem aliquid intrat in

peditur, quin motus sensitui appetitus totaliter subdatur imperio rationis. Contingit autem etiam quandoque, q̄ motus appetitus sensitui subito concitat ad apprehensionem imaginationis, uel sensus: & tunc ille motus est praeter imperium rationis, quamuis potuisset impediri a ratione, si prauidisset. Vnde Philosophus dicit in 1.* Politicorum, q̄ ratio praest irascibili, & concupiscili, non principatu despoticō, qui est domini ad seruum: sed principatu politico, aut regali, qui est ad liberos, qui non totaliter subdūtur imperio.

AD PRIMVM ergo dicendum,
quod hoc, quod homo vult non
concupiscere, & tamen concipi-
scit, contingit ex dispositione cor-
poris per quam impeditur appeti-
tus sensitivus, ne totaliter lequa-
tur imperium rationis. Vnde &
Apostolus ibidem subdit: Video
aliam legem in membris meis, re-
pugnantem legi mētis meæ. Hoc
enim contingit propter subitum
motum concupiscentiae, ut * di-
ctum est.

